

431. Celebri detti.

Bias navem conscenderat hominum impiorum, qui continenter inter se iurgabant et diis maledicebant. Cum navis magna procella iactaretur et dii ab illis invocarentur: «Silete», inquit, «ne dii sentiant vos navigare in hac nave». Nam ab antiquis putabatur periculosum navigare aut iter facere aut habitare cum impiis. Imperator Antoninus Pius hanc praeclaram Scipionis sententiam saepe in ore habebat: «Melius est unum civem servari, quam mille hostes necari». Nulla est enim victoria quae sine sanguine comparetur; sed multi duces, dummodo hostes profligentur, vitam suorum militum neglegunt. Alexander Magnus, interrogatus ubi thesauros collocare soleret: «Apud amicos», inquit; scimus enim amicos ab eo liberalissime et magnificentissime tractatos esse. Idem, cum interrogaretur cur ludis Olympicis non interesset: «Interessem», dicebat, «si reges cum regibus ibi certarent».

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche*	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)
		voto

1) morfologia di base, forma passiva del verbo

2) *cum* narrativo, proposizione finale e infinitiva, uso del participio, ablativo assoluto, gerundio e gerundivo

3) completiva con *ut* o *ne*, relativa impropria, interrogativa indiretta

432. Risposta di un Tarentino a Pirro.

Cum a Romanis bellum Tarentinis indictum esset ob iniuriam legatis illatam, illi, arbitrati non posse viribus suis Romanorum impetum sustineri, legatos ad Pyrrhum, Epirotarum regem, miserunt, hortantes ut sibi in bello auxiliaretur. Pyrrhus belli gerendi occasionem non praetermisit et in Italiam cum ingenti et forti exercitu venit. Sed cum bellum diutius quam Tarentini arbitrati erant traheretur, magna hominum alienatio in eum esse coepit. Olim igitur in convivio accidit ut iuvenes quidam eum vituperarent: dicebant regem Tarentum venisse dominandi causa, ~~ideoque fortunam suam miserabantur, deos precantes ut regis perfidiam punirent.~~ Quod cum rex animadvertisset, sine mora unum eorum ad se accessit eumque percontatus est quidnam in convivio dixissent. Tarentinus iocando se periculo liberavit: «Multa», inquit, «o rex, et contumeliosa diximus, sed nescio cur mireris: inter pocula enim iocabamur et contumelias etiam maiores dixissemus, nisi vinum tam mox defecisset».

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche*	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)
voto		

1) morfologia di base, forma passiva del verbo

2) *cum* narrativo, proposizione finale e infinitiva, uso del participio, ablativo assoluto, gerundio e gerundivo

3) completiva con *ut* o *ne*, relativa impropria, interrogativa indiretta

433. La conquista di Gabi

Sextus Tarquinius, Superbi filius, indigne ferens patris copias Gabios civitatem expugnare non posse, rationem armis valentiorum excogitavit, qua interciperet illud oppidum Romanoque imperio adiceret. Namque subito Gabios se contulit tamquam effugiens parentis saevitiam et verbera, quae contra ultro perpeesus erat, ac paulatim, alliciendo uniuscuiusque benevolentiam, consecutus est ut apud omnes plurimum valeret. Tum ad patrem familiarem quondam misit, ut indicaret se iam cuncta in manu sua habere, quaereretque quidnam a se fieri vellet. Iuvenili calliditati senilis astutia respondit. Nam Tarquinius, valde re delectatus, fidei autem nuntii parum credens, palam nihil respondit, sed eum seduxit in hortum atque maxima et altissima papaverum capita baculo percussit. Cum adulescens silentium patris simul ac factum cognovisset, intellexit eum significavisse Gabiorum principes morte aut exilio submovendos esse. ~~Quo facto, mox civitas in dicionem populi Romani redacta est.~~

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche*	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)
voto		

1) morfologia di base, forma passiva del verbo

2) *cum* narrativo, proposizione finale e infinitiva, uso del participio, ablativo assoluto, gerundio e gerundivo

3) completiva con *ut* o *ne*, relativa impropria, interrogativa indiretta

434. I fanciulli sono come dei teneri arboscelli

Pueri hominibus prudentissimis et probis regendi sunt, quia ipsi quid faciendum vel fugiendum aut omittendum sit plerumque ignorant vel incerti sunt. At saepe pueri, cum semper eis servanda sint praecepta et consilia seniorum et parentum, aures libenter praebent hominibus improbis et fallacibus. Nam inest in puerili aetate magnum studium novarum rerum et insuetorum itinerum. Hoc autem studium quodammodo iustum et secundum naturam esse haud dubie dicimus; sed adolescentibus, cum nova itinera et ignota ingressuri sunt, non ex certis finibus egrediendum est, ultra quos non licet consistere rectum. Nam adolescentuli similes sunt teneris arbusculis, quas regendas esse dicimus palis robustis, qui ventorum et imbrium vim sustineant. At multi adolescentuli putant se dedecus accepturos vel risum moturos esse oboedientia, et malunt errare et decipi: serius ocius vero eis paenitendum et flendum erit ob superbiam et stultitiam suam.

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche*	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)
		voto

1) morfologia di base, forma passiva del verbo

2) *cum* narrativo, proposizione finale e infinitiva, uso del participio, ablativo assoluto, gerundio e gerundivo

3) completiva con *ut* o *ne*, relativa impropria, interrogativa indiretta

435. La conquista di Contrebia

Q. Metellus, cum pro consule bellum in Hispania adversus Celtiberos gereret urbemque Contrebiam, caput eius gentis, copiis expugnare non posset, intra pectus suum diu multumque consiliis agitatis, artificium repperit quo propositum ad exitum perduceret. Itinera magno impetu ingrediebatur, deinde alias atque alias regiones petebat; modo hos obsidebat montes, paulo post ad illos transgrediebatur, cum interea tam suis omnibus quam ipsis hostibus ignota erat causa inopinatae ac subitae huius generis fluctuationis. Interrogatus quoque a quodam sibi amicissimo quid tali genere militiae consequeretur, «Desine», inquit, «istud quaerere; nam si huius consilii mei interiorem tunicam consciam cognovero, continuo eam cremabo». Postquam vero et exercitum suum ignorantia et totam Celtiberiam errore implicavit, cum alio cursum direxisset, subito ad Contrebiam reflexit, eamque inopinatam et attonitam oppressit.

Valerio Massimo

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche*	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)
voto		

1) morfologia di base, forma passiva del verbo

2) cum narrativo, proposizione finale e infinitiva, uso del participio, ablativo assoluto, gerundio e gerundivo

3) completiva con *ut* o *ne*, relativa impropria, interrogativa indiretta

436. Chi fu il più grande generale dell'antichità?

Post proelium apud Zamam, in quo a Publio Scipione profligatus erat, Hannibal e patria profugerat et in Syria, Antiochi regis hospes, vitam degebat. Olim, cum in regis convivio Romanorum legati adessent, inter quos ipse Scipio erat, sermo incidit qui peritissimi imperatores omnium temporum essent. Inter quae Africanus Hannibalem interrogavit quem ipse putaret maximum imperatorum. Cui respondit Carthaginensis: «Equidem Alexandrum puto, quia tanta virtute peritiaque certavit ut parva militum manu innumerabiles et validissimos exercitus tot proeliis vicerit». Cum quaesivisset deinde Scipio quem secundum post Alexandrum poneret: «Pyrrhum - inquit - quia summa peritia semper castra metatus est». Quaesivit demum Africanus quis tertius esset, dixitque Hannibal se ipsum esse. Cum miraretur Scipio cur non de Romanis ducibus mentionem Hannibal fecisset, ait: «Quid igitur tu diceres, si me apud Zamam vicisses?». Cui Poenus: «Me vero et ante Alexandrum et ante Pyrrhum posuissem».

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche*	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)
voto		

1) morfologia di base, forma passiva del verbo

2) *cum* narrativo, proposizione finale e infinitiva, uso del participio, ablativo assoluto, gerundio e gerundivo

3) completiva con *ut* o *ne*, relativa impropria, interrogativa indiretta